

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

Tit. XXVI. De Dvello.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

TIT. XXVI.  
DE DVELLO

§. CCCXVII.

**D**uellum est certamen duorum armis <sup>Duellum,</sup>  
serio \* susceptum.

\* Hic itaque sermo non est de dimicatione exerci-  
tii, solemnitatis uel delectationis gratia facta, aut  
de illo speciatim pugillatu, quem suscipiunt ita di-  
cti *Feder-Fechter* und *Marcus-Brüder*.

§. CCCXVIII.

Distribuitur in *iudiciale* & *extraiudicia-* <sup>si non iu-</sup>  
*le*. Illud, quod olim solemniter susci- <sup>diale,</sup>  
piebatur\*, atque in iudicijs Dei occul-  
tis erat *q*), a Sec. XIII, quo uariæ ciui-  
tates id priuilegii consecutæ sunt, ut ne-  
mo ciuium in iudicio duellico conueni-  
retur *r*), raro, & post medium Sec. XV.  
a nemine amplius probatum est *s*).

\* I. P. S. I. 49. 63. *Weichb.* c. 35. 79. 80. 81.  
*Spec. Sueu.* c. 170. seq. *Kampf = Gericht des*  
*Burggrafthums zu Nürnberg.* Vid. *VISCHE-*  
*RUM de iure duell.* p. 218. seq. *Kampf = R.*  
*am Land-Gericht zu Francken* ap. *Eund.* p. 250.  
seq. *MUNSTER Cosmograph.* V, 248.

§. CCCXIX.

*Extraiudiciale*, quod antiquitus proba- <sup>tamen ex-</sup>  
runt <sup>traudiciale</sup>  
L 5 <sup>delictum</sup>

*q*) *VISCHER de iu-* *r*) *DATT de P. P. I,*  
*re duell.* pag. 47. seq. *I, 34. seq.*  
*KLUGKIST de ueris*  
*duellor. limit. sect. II.* *s*) *GOLDAST. T. I.*  
§. 11. seq. *constit. imper.* p. 315.

est, quod

runt maiores nostri *t*), neque religio Christiana, neque Regum Carolingicorum dispositio *u*), neque sanctitas certis diebus certisque locis data *x*), sed auctoritas demum Friderici, Maximiliani, & aliorum, qui hos insequuti sunt, Imperatorum sustulit, illud delictis grauiori pœna luedis annumerans.

## §. CCCXX.

pœna uind-  
dicant leges  
imperii &

Eum, qui dolo malo duellum extra iudiciale *attentaui*, aut *sine cæde commisit*, fama & honoribus priuari, nec non pro rerum circumstantiis relegatione, fustigatione, immo ultimo supplicio puniri, atque (2) ab eo, qui, dum singulare certamen sciens uolensque subiit, aliquem interfecit, sit prouocans an prouocatus, lædens an læsus, pœnam in crimen homicidii statutam sumi, & cæsum a sinino more sepeliri, ut iuberent, in eo quandoque fuerunt Imperator & imperium *y*).

## §. CCCXXI.

iura pro-  
uincialia.

Mandata, quæ de duellis non suscipiendis publicarunt imperii nostri principes ciuita-

*t*) MEINDERS *de iudic. centenar.* p. 141.

*u*) *Capitul.* IV, 27. V, 332.

*x*) *L. Frisön.* addit. tit. I.

*y*) *Reichs-Gutachten*

wegen der Duella, und Kayserl. resolution darz über de An. 1668. ap. MAVRITIVM *opusc.* p. 1021. seq. anderweites Reichs-Conclusum d. 28. Dec. 1680.

ciuitatesque, fere sunt innumera. Quorum unius tantum uel alterius nouioris tenorem recensere lubet. I. SAX. ELECT. (a) qui crimen duelli *attenta-uit* z), aut ab alio committi fecit a), honoribus priuatur & per annum carceri includitur; (b) is, qui duellum *commisit* sed *sine caede*, si nobilis ad carceres, sin ignobilis, ad opus publicum, per XII. annos condemnandus est b); (c) qui *caedem commisit*, si nobilis, gladio puniendus, sin ignobilis, amputata dextra, laqueo suffocandus, & utriusque bonorum pars dimidia fisco addicenda c); (d) *in duello caesus* si nobilis, in loco peccatorum sepeliendus, sin ignobilis, ad furcam suspendendus est d). I. BRANDENBURGICO idem olim statutum erat, nisi quod duellum sine caede commissum capitale esset, & omnia duellantium bona fisco addicerentur e). Hodie nemesis Brandenburgica mitior est f). I. Prou. BADENSI g) prouocans pro rerum circumstan-

- z) Mandat wider die Selbst R. §. 18 seq. MYLIVM Corp. Const. March. p. 11. sect. 3. p. 23.  
 a) Ib. §. 35. seq.  
 b) Ibid. §. 28. f) Erstl. und erneuert. Mandat wider die Selbst Rache art. 5. seq. ap. MYLIVM c. l. p. 46. seq.  
 c) Ibid. §. 31.  
 d) Ibid. §. 30.  
 e) Edict. wider die Duella art. 5. seq. ap. g) L. R. p. VII. tit. 24.

cumstantiis, multa, carcere aut relegatione punitur, nec prouocatus, si prouocantem occiderit, de homicidio excusatur.

## §. CCCXXII.

Quæ istam  
mitigent?

Quam pœnam tollit exceptio duelli auctoritate principis suscepti; mitigant uero (1) improuisi *b*), (2) conuientia principis, aut (3) ludendi magis, uel (4) existimationem recuperandi, quam pugnandi animo suscepti duelli exceptiones. Quin quoque speciatim circa pœnam duelli, ex quo cædes sequuta est, exasperandam & mitigandam idem iuris sit, ac in pœna homicidii exasperanda & mitiganda seruari mox dicemus, nullum est dubium.

## §. CCCXXIII.

Duellantium  
socii.

Denique notes, quod duellantium socios, quales habentur (1) iudices, qui quo minus duellum committeretur, non impediuerunt, quum tamen potuerint, (2) duellum mandantes, consulentes, (3) literas prouocantis prouocato insinuantes & alicubi (4) committendum neque impediens, neque denuntiantes *i*) &c. non eadem ubique pœna maneat.

TIT.

*b*) LEYSER *sp.* 607.  
22. 7.

*i*) Chur S. Duell.  
Mandat §. 40.

TIT. XXVII.

DE

HOMICIDIO ILLIVSQUE  
CRIMINE ETC.

MEMBRUM I.

DE

HOMICIDIO IN GENERE.

§. CCCXXIV.

**H**omicidium est factum, quo hominis  
anima diuellitur a corpore.

§. CCCXXV.

Vnde hæc fluunt axiomata :

- I. In hominem committitur homicidium.
- II. Qui mortem homini attulit, homicida est.

§. CCCXXVI.

Ex primo axioma (S. pr. 1.) non abs re infero, (1) in monstrum *k*) & hominem mortuum *l*) nullum committi homicidium; (2) sexum, ætatem, conditionem, religionem aut statum hominis qui occiditur, nihil quicquam addere aut detrudere homicidio *m*). Itaque homicidium committi potest (a) tam in christianos quam Iudæos *n*), aliosque infideles, (b) in libe-

*k*) BERGER *Elect. Iur.*  
*Cr. p. l. p. 97. VISCHER*  
*c. l. p. 498.*

*l*) VISCHER *c. l. p. 497.*  
*m*) *Id. c. l. p. 492.*  
*n*) *I. P. S. III, 7.*